

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Tabvlae Geographicae Cl. Ptolem[a]ei**

**Mercator, Gerhard**

**Coloniae Agrippinae, 1578**

Europae tabula. II.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-441](#)

## EVROPAE TABVLA. II.

In qua describuntur Hispaniae, quam Græci Iberiam vocant, tres prouinciae,  
Bætica, Lusitania, & Tarragonensis.

Ciuitatum insignia obseruationes cœlestes sunt haec.

### LVSITANIAE.

	Maxima dies hora.	Distantia horaria à meridiano Alexandria.
Norba Cæsarea	14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$ ferè	3 $\frac{1}{2}$ ferè, in occ.
Augusta Emerita	14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$	3 $\frac{1}{2}$ ferè, in occ.

### BAETICAE.

Ispalis	14 $\frac{2}{3}$	3 $\frac{1}{2}$ in occ.
Corduba	14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ ferè	3 $\frac{1}{2}$ in occ.

### TARRACONENSIS.

Asturica Augusta	15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$	3 $\frac{1}{2}$ in occ.
Noua Carthago	14 $\frac{2}{3}$	3 $\frac{1}{2}$ in occ.
Tarragon	15.	2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$ in occ.
Clunia colonia	15 $\frac{1}{2}$	3 $\frac{1}{2}$ in occ.
Cæsarea Augusta	15 $\frac{1}{2}$	3. in occ.
Gadira insula	14 $\frac{2}{3}$	3 $\frac{1}{2}$ in occ.

### ANNOTATIONES.

In Bæticam.



RINCIPIO in descriptione limitis Orientalis terminum eius ad mare Balearicum recte ponunt Rom. & Nouiom. in 12. 37  $\frac{1}{4}$ . quos numeros Villan. & Molet. manifesto errore ad proximè sequentem Anæ fluuij fontem detrahunt, quum nusquam aliquo in sequentibus terminus ille à Ptolemao designatur, nisi in Tarraconensi demum, ubi eius repetitionem potius quam primam descriptionem fieri censendum est.

Fontes Anæ Nou. in 14. 40. collocat. Vill. autem in 11  $\frac{1}{2}$ . 40. rectius, & videtur Nou. longitudinis numerum cum sua fractione (ut alias nonnunquam etiam alijs accidit) in unum numerum 14. hallucinando contraxisse.

Malaca in latitudine 37  $\frac{1}{2}$  scribitur, sed legendum haud dubie 37  $\frac{1}{12}$ .

Sex itē in lat. 37  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ , hic  $\frac{1}{2}$  abundat, ut arguant Mediterraneā Vescis, Eseue, & Artigis positiones, & Nou. 37  $\frac{1}{4}$  ponit.

Salduba Vill. Mol. & Nou. est in lat. 37  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$ . Cuf. autem & Rom. in 37  $\frac{1}{3}$  paulo rectius, in illis enim  $\frac{1}{2}$  proculdubio abundant propter præcedentium locorum Arcilacis, Detundo, & Murgis positiones. Posui ergo in 37  $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$ .

In Ebore lat. 36  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$  abundat  $\frac{1}{2}$ . Rom. ponit 36  $\frac{1}{2}$ . cui ego ex reliquis adieci  $\frac{1}{12}$ . sic enim melius circumpositis responderet.

Illipulam magnam posui non in lat. 38  $\frac{1}{2}$ , ut Vill. Mol. & Nou. nec in 36  $\frac{1}{2}$  ut Cuf. sed in 37  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . sic exigentibus superioribus locis, & Illipula monte haud dubie vicino.

Vgia apud omnes est in lon. 5  $\frac{1}{2}$  sed præcedentes loci Setida, Ptucci, Sala, & Nabriassa omnino 5  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$  videntur exigere.

Contributa in lon. 7  $\frac{1}{2}$  est apud Vill. Mol. Nou. nam in illis 9. pro 7. corruptè positum est. Cuf. & Rom. 7  $\frac{1}{3}$  ponunt, ego medium sequutus 7  $\frac{1}{3}$  posui, quod sic apius inter Nertobrigam & Reginam à Ptol. recensetur, & facilis est lapsus ex  $\frac{1}{3}$  in  $\frac{1}{2}$ .

Astigis non in long. 8  $\frac{1}{4}$  quam omnes ponunt, sed in 8  $\frac{1}{2}$ . ponenda, ut situs veritas ostendit. Est enim Ecija hodie, & medio ferè loco inter Carmonam & Cordubam. Latitudinem quoq. non 38  $\frac{1}{2}$ , ut omnes, sed 38  $\frac{1}{2}$ , eadem ratione posui.

Acimpo Cuf. & Rom. in lat. 38  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Vill. & Nou. in 38  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . conueniens autem lat. ordinis præcedentium & sequentium causa est 38  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .

Illipula mons alijs est in lon. 7  $\frac{1}{2}$ . Nou. in 6  $\frac{1}{2}$ . at ponendus in 9  $\frac{1}{2}$  proculdubio, propter Illipulam cognominem urbem.

Gadir a insula non in long. 5  $\frac{1}{2}$  iuxta omnes, sed in 5  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$  constituta, vicinior numerum continent.

In Lusitaniam.

DORIAE fluuij fontes bis à Ptol. describuntur, primum ubi limitem Septentrionalem Lusitanie designat, deinde ab Anæ fluuij descriptione littoris ad Dorianam usq. deducit. Prior designatio 12  $\frac{2}{3}$  42  $\frac{1}{3}$  Dorie fonti conuenit, posterior magni fluuij nunc Arlanzonij dicti fontibus, qui iuxta Pintiam in Dorianam fluit. Voluit forte Ptol. utriusq. fluuij fontes indicare, quamobrem & verumque delineavi, etiam si alterum proprio nomine.

Cetobrix lat. non 39  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ , ut Cuf. & Rom. sed 39  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$  conuenienter habet.

Verurium in lat. non 41  $\frac{1}{2}$ , sed 41  $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$  propter Velladum sequens locatur.

In Tarragonensem.

RUBIVM promontorium omnes in long. 5  $\frac{1}{2}$  constituant, sed verus situs requirit 5  $\frac{1}{4}$ .  
Solis aræ prom. in lat. non 45  $\frac{1}{2}$ , sed in 45  $\frac{1}{3}$  propter Nerium promontorium constituendum est.  
Easo prom. ab omnib. ponitur in lat. 45  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ , sed quia sic supra modū in Septentrione excurrit, opinor in 45  $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{4}$ .

Lucentum in 12  $\frac{1}{2}$  37  $\frac{1}{3}$  à Cuf. ponitur, à reliquis in 12  $\frac{1}{2}$  37  $\frac{1}{3}$  à Vill. 12. 37  $\frac{1}{4}$ . Lat. 37  $\frac{1}{4}$  conuenit, lon. 12  $\frac{1}{2}$  iusto maior videtur, ideo suspicor in Cuf. commutatas fractiones, & legendum 12  $\frac{1}{2}$  37  $\frac{1}{4}$ .





EVROPAE II TAB:



Dianum Rom. ponit in long.  $15\frac{1}{2}$ . Cuf. in  $15\frac{1}{2}$ . opinor iunctim in  $15\frac{1}{2}\frac{1}{2}$  ponendum, nam reliqui etiam  $15\frac{2}{3}$  numerantur.  
Tenebrium prom. apud Rom. est in lat.  $39\frac{1}{2}$ . reliquis in  $39\frac{1}{2}$ . ego ambo iunxi, & posui in  $39\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ , sic poscente Tenebre portu vicino haud dubie. Est autem manifestissimus error in positione Dianij & Tenebris portus, reuer a enim sunt Valentia & Sucrone fluui Meridionaliora, cum hic sint Borealiora, & culpar est penes Ptolemaeum, quandoquidem Contestanorum, & Edetanorum ordo in littorali descriptione hunc secum errorem ad fert.

Observandum est Ptolemaeum sub Callaiciis Lucensijs tanquam sub genere sequentes particulares nationes Caporos, Cili nos, Lemanos, Bædios, & Seburros comprehendere. Similiter sub Asturia Brigeaciis, Bedunensis, Orniacos, Lungones, Selinos, Superarios, Amacos, Tiburos, Egurros, & sub Callaiciis Bræcarijs Turodos, Nemetanos, Celerinos, Bibalos, Limicos, Gruios, Luancos, Cuacernos, Lubenos, & Narbafos. Considerandum quoq. eum in hisce generibus primum eas ciuitates designare, quæ peculiaris nationis appellationem non habent, deinde ceteras, alioqui turbatus videretur ordo Ptolemei, & potius simum in Asturia tumultuarie confusa apparerent omnia, quamquam ne ibi quidem eas ciuitates, quæ generis tantum nomen habent, omnino consueto ordine enumeret, descendit enim primum à Septentrione in Meridiem, Orientem, deinde per Occidem in Boream redit, Asturicam videlicet metropolim circumveniendo. Ut cùm autem res haberet, ordo situsque locorum turbatus non est, ut patet Itinerarium Antonini Pij conferenti.

Turuptiana quia posse Caronum designatur minorem lat. habere debet, ideo non in  $4\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ , sed in  $4\frac{1}{2}\frac{1}{2}$  posui, quanquam exemplaria erronee habeant  $4\frac{1}{2}$ , præter quæ Cuf. ponit  $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ , cui fractioni proxime accedo.

Fluvialambis quia apud Cuf. est in long.  $7\frac{1}{2}$ , quum ceteri ponant  $7\frac{1}{2}$  tantum, ideo videntur in illis  $\frac{1}{2}$  falso ad lat. translatum esse, quam  $4\frac{1}{2}$  esse, non autem  $4\frac{1}{2}\frac{1}{4}$  existimo, hæc enim multò maior iusto situ est.

Argenteola in Asturia perperam apud omnes lat. habet  $4\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ , ego uno gradu minorem posui, sic enim ordo post Lucum, Asturum, Laberrim, & Interamnum postulat, & Antonini ex Bræcaria Asturicam iter requirit.

Brigetium in lat.  $4\frac{1}{2}\frac{1}{4}$  scribitur, sed uno gradu veritatem superant omnes, quum  $4\frac{1}{2}\frac{1}{4}$  tantum scribere debuissent.

Luna in Taceis posse Lacobrigam requirit, non  $4\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ , sed  $4\frac{1}{2}\frac{1}{4}$  latitudinem.

Ottauiolcam Vil. Mol. in lat.  $4\frac{1}{2}\frac{1}{4}$  ponunt, Cuf. in  $4\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ , Rom.  $4\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ , existimo in  $4\frac{1}{2}\frac{1}{2}$  ponendum, melioris ordinis causa.

Visontium in Pelandonibus Cuf. est in lat.  $43\frac{1}{2}$ , Rom. in  $42\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ . Videntur iunctim in  $42\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{2}$  ponendum, ut & alter Iberifons assignatus postulare videntur.

Numantiam iuxta Cuf. & Rom. posui in lat.  $12\frac{1}{2}$ , qui lon. ponunt  $41\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ , at Vill. ponit  $42\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ . colligo igitur verisimiliter long.  $41\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ .

Ilurbida non in lat.  $41\frac{1}{2}$ , ut Cuf. & Rom. sed in  $41\frac{1}{3}$  posui, propter Sarabrim ibi locatam.

Bilbilis in Celiberis ab omnibus ponitur in lon.  $14\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ , sed quia ex Antonino hanc constat Occidentaliorum esse Cesar Augusti, quæ illum locum occupat, necessariò  $\frac{1}{2}$  abundat, posui itaque in  $14\frac{1}{2}$ .

Condabora propter Bursadæ sequentis latitudinem non  $40\frac{1}{2}$ , sed  $40\frac{1}{2}\frac{1}{4}$  habet.

Luspariam in Oretanis posse Mirobrigam & Castulonem ordinis causa non lat.  $39\frac{1}{2}$  quam omnes ponunt, sed  $39\frac{1}{2}\frac{1}{4}$  habere existimo.

Tuia apud omnes est in lat.  $38\frac{1}{2}$ , sed quia post Laccurim recentetur in  $38\frac{1}{2}$  ponenda venit.

Arcilacis in Bastitanis apud Cuf. & Rom. habet lat.  $38\frac{1}{2}$ , in reliquis  $37\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ , ego ex ijs verisimiliter collegi  $38\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ .

Similiter Acci in Oretanis apud Nou. est & in lat.  $38$ , in Mol.  $38\frac{1}{2}$ , in Cuf. & Rom.  $38\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ , in Vil.  $38\frac{1}{2}$ . Posui ratione ordinis & præcedentium locorum  $37\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ .

Carthago vetus in Ilercanib. lat.  $41\frac{1}{3}$ , adscripta habet, verum quia lögus ab Ilerdia distat si fuisse credo, in  $41\frac{1}{4}$  constitui.

Tortosam sive Dertosam non in lon.  $15\frac{1}{4}$ , ut exemplaria, sed in  $15\frac{1}{2}\frac{1}{4}$  posui, sic enim exigunt ordo posse Adebam, Tiariu liam, Sigaram, & Iberi situs, cui ad ortum adiacet illa.

Alauona in Vasconibus apud alios habet lat.  $43\frac{1}{3}$ , in Cuf. & Rom. vero  $42\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{2}$ , at ordinis ratione cōpetit illi  $41\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{2}$ .

Succosam in Illegetibus non in lat.  $42\frac{1}{2}$ , sed  $42\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ , superiora loca ponuntur.

Aqua calida in Autetanis in lat.  $42\frac{1}{2}$  sunt Cuf. Rom. & Mol. at Vil. habet  $42\frac{1}{2}$ , Nou.  $42\frac{1}{2}$ , ego  $42\frac{1}{2}\frac{1}{2}$  posui ratione Ausequentis.

Sebendum & Bassi in Vil. ut opinor, permutatas lat. habent, ideo Bassi in  $42\frac{1}{2}$ , Sebendum in  $42\frac{1}{2}$  à me locata sunt.

Ceressus in Acetanis apud omnes est in lon.  $15\frac{1}{3}$ , sed quia posse Telobim sequitur, posui in  $16\frac{1}{3}$ , quo ferè siu hodie est Cerera, idem, ut existimo, locus.

Detianam confitunt Cuf. Rom. in lon.  $17\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ , sed in  $18\frac{1}{2}\frac{1}{2}$  procul dubio collocandum, nam reliqui in  $18\frac{1}{2}$  ponunt.

Iuncaria non in lon.  $18\frac{1}{2}$ , ut Cuf. Rom. neg. in lat.  $41\frac{1}{3}\frac{1}{4}$  ut Vil. sed in  $19\frac{1}{2}$ , &  $42\frac{1}{2}\frac{1}{2}$  ponenda est, & Cuf. ac Rom.  $42\frac{1}{2}$  lat. agnoscunt.

Trileuci scopuli uno gradu Australiores positione exemplariorum fine dubio sunt, nimirum proxime continentem etiam nunc sit.

Cassiterides insulae  $10$  credito ipsarum par allelo, non autem in sua longitudine à veterioribus geographis signatae fuissent videntur, cum earum solius causa forte tabulas longius in Occidentem extendere nollent, hunc tamen situm pro vero accepisti se appetit Ptolemaeum, quum certum illis longitudinis gradum sine addubitatione designet.

Fluuiorum, præter eos quorum fontes numeris definiti, nullorum origines Ptol. indicavit.